



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

Art II. Domus Sapientiae. Sensu Allegorico & Mystico Virgo Deipara. Uterus
Marianus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

rum Ecclesiam sibi construxit & constituit. Excidit columnas septem, Prædicatores, qui singulis temporibus convenirent in Ecclesia sua statuit, qui & monitis salutaribus, & bonorum operum exemplis eam sustentarent.

V. Indicant septem Sacramenta, quibus, tanquam Columnis Ecclesia Christiana fulcitur. Ita auctor catenægræcorum: idemque habet Lyranus.

VI. Exprimunt Apostolos, quibus numerus septenarius accommodatur à S. Augustino, propter fidem trium Divinarum Personarum per quatuor mundi plagas ab ipsis evulgatam. Aliqua ex dictis conjungit Ugo Cardinalis, & addit alia eodem spectantia, sic scribens SAPIENTIA. id est, CHRISTUS, qui est DEI virtus & DEI Sapiencia, I. Corinth. I. *adificavit*, sua & suorum operatione & prædicatione, *sibi*, non alii, *Domum*, id est, Ecclesiam. *Excidit Columnas septem*: id est, particulares Ecclesias septiformi gratia illustrans per orbem erexit. Vel septem Columnæ sunt Doctores septiformi gratia rotundati, quos quasi columnas ad portandam Ecclesiæ fabricam Christus excidit, id est, ab amore mundi separavit, de quibus Psalmo LXXIV. *Ego confirmavi columnas eius*. Quæ etiam dicuntur septem. non tantum propter septiformem gratiam, sed etiam propter ternarii & quaternarii rationem, qui in se etiam ducti duodenarium faciunt, quot fuerunt Apostoli, qui etiam fidem Trinitatis, in quatuor orbis partibus prædicaverunt.

ARTICVLVS II.

DOMVS SAPIENTIÆ.

Sensu Allegorico & Mystico

VIRGO DEIPARA. UTERUS MARIANUS.

HÆc est communis Patrum antiquorum, & recentiorum Scripturæ interpretum expositio. S. Ignatius episto-

pistola ad Philippenses, *Sapientia* inquit, *adificavit sibi Domum, & factus est sicut homo. Deus cum corpore, quod susceptus a Virgine, non ex colloquutione scilicet aut semine viri: Virgo enim ait Isaias cap. VII. in utero concipiet, & pariet filium.* Ubi Hieronymus idem adfirmat. S. Ephiphanius hæretico LXXIII. Pro Verbum Caro factum est, inquit Salomon, *Sapientia edificavit sibi Domum.* Sic Gregorius Nicodemius Orat. de Oblar. B. V. vocat eam *Domum gloriosam DEO sibi edificatam, instructam columnis septem.* Quod etiam usurpant, Petrus Damiani, sermone de Nativitate B. V. & Hildphonsus sermone 3. de Assumpt. S. Bernardus sermone IX. ex parvis, *MARIA Domus est Sapientia a qua omnibus virtutibus conspicua, septem Columnis suffulta, id est, septem virtutibus, nempe tribus Theologicis, fide, spe, & caritate ac quattuor Cardinalibus. Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia.* Ugo Cardinalis Proverb. 1. *Domus Sapientia est, Beata Virgo Septem Columnæ sunt septem virtutes, quas educit, tum ex epistola S. Jacobi cap. 3, tum ex salutatione Angelica. Septem Columnas nominat Petrus Damiani serm. cit. septem dona Spiritus-sancti.* S. Bonaventura in laudibus B. V. num. 12. *Domus DEI à vero Salomone constructa est MARIA.* Idem in speculo Mariano cap. VII. illi accommodat, quod est Psal. XCIII. *Domus tua decet sanctitudo Domine.* Simpliciter, Domus Dei dicitur in Jordane pag. 14. cap. 32. Porho Prumiensis Presbyterus (a) in libro singulari de magna Domo Sapientia, allegorice eam interpretatur uterum Marianum, in quo Deus Homo factus novem habitavit mensibus. Idem eam etiam in dedicationem Templi Salomonici accommodat mystice. Quod dixit Jacob Patriarcha Genes. XXVII, de B. V. mystice pronunciasse censeatur potest. *Non est hic aliud nisi Domus Dei, & Porta cali.* Quomodo

MA.

(a) Porho scripsit Anno 1152. Tom. XII. Bibliothecæ PP.